Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

141

amus · a malo declinando · ut nos pro contemptu pre-
ceptorum suorum aliquando penis subdat · immo
velut hostes sibi rebelles eternis tormentis puni-
at · Rogemus ut eum pacatum facere possimus bene
faciendo · quatinus coheredes filii sui simus · facie
patris fruendo · Post timorem dat spiritus sanctus pie-
tatem · ut homo factori suo devote serviat · et
proximo quem pervalet bona impendit · Deinde
scientiam inspirat · ut quid debeat homo facere · ut
devitare sciat · Post hec fortitudo ab ipso do-
natur · ut homo nec blandis · nec asperis ad iniuriam
flectatur · Deinde consilium rationi subministrat ·
ut utile eligat · nocivum respuat · Post hec in-
tellectum prestat · ut anima per visibilia sempi-
terna intelligat · Deinde sapientiam inspirat · ut
rationabilis creatura · mutabilem creaturam des-
piciat · creatorem suum qui est immutabile bonum
diligat · solum fontem sapientie Christum · scilicet
in spiritu sancto sapiat · Qui in per spiritum sanctum septifor-
mem · his virtutibus fulgebunt · per ipsum
septem munera in corpore · septem dona in anima
obtinebunt · quando intra sua dupplicia pos-
sidebunt · cum in corpore sicut sol fulgebunt